

Statuar. l.
1. n. 195.

Vixi Nestoream Luceia mima senectam,
Et non displicuit fabula longa nimis.

Lucum alio nomine vocari *nemus*, nemo nescit, & ex relatis patet; quare secundum hoc illius nomen non nequibit originarium constitui cognominis Ludovici *Nemorei* Galli, Latinis, Græcisq; Musis, ex testimonio Camilli de Camillis in suo de insignibus, vel, ut vulgò dicunt, *Impressis*, libro celeberrimi, ubi ulterius peculiare symbolum ejusdem recensetur. Sic & menti subit Jordan. *Nemorarius*, cujus Arithmetica, & Mathematica complura Basileæ, Parisiis, & Norimbergæ lucem publicam fortita sunt. Cum porrò nemus nobis dicatur *Bosco*, non est incongruum ab illo cognominatum memorare Arnoldum de *Bosco* Augustinianum, qui scripsit volumen de Viris illustribus Ordinis sui, & monasterii Windeshemensis; scripsit quoque de origine modernæ devotionis, & reformationis ordinis sui lib. ac alia multa. Floruit autem circa sal. an. 1470. nominales at Arborum vestigationes Epithetis adhuc duntantor.

Tritt. de
script. Germ

EPITHETA.

Virg. Georg.
3.

Adjectivas Arborum inter nomenclaturas appositisima erit Virgiliana illa *antiqua avium domus* hunc in modum expressa.

Aut undè iratus sylvam devexit Arator,
Et Nemora evertit multos ignava per annos.
ANTIQUASQUE DOMOS AVIUM
cum stirpibus imis-eruit, &c.

Ob quam nimirum *πολυπύρεες* in multas partes disseminata, nec non *ἀπόσπαστοι* per se radicata, seu per se seminata arbores dici possunt, atq; *μη λιπόσκια* non linquentes umbram, ut eas cognominabant Nonnus, & Dionysius. Sed quæ cantu querula rumpent arbusta Cicada parum vitales umbras meridianaë luci permistas quodammodo declarant in Arboribus, cum Sol ardentissimus *producit in lucem umbram mortis*. Hæc enim animalcula facillimè concrepantia infidas meridici umbras produnt; Hinc Arbores, prout *CICADARUM TECTA* noscuntur, atq; *HOSPITIA*, fugienda sunt, illarumque *TEGMEN* tunc solum est expetendum, cum Solem sustinere valet Pecus inter pascendum.

Iob. 12.

—Canat Arboreo recubans sub tegmine pastor.
Dum carpit tenerum gramina lata pecus.

Arborum tamen aliqua *perpetuo comantes*, atque *Æternifolia* dicuntur: alia *mutabiles*, quarum folia decidua sunt. Easdem pariter Arbores ex causa magnitudinis, & molis ingentis, nonnulli protulerunt *ταύθησθας* *Dilatantes ramos*; *ὕψιτιναι* *sublime extensas* *ὕψις ἀρηναι*, & *ὕψις πηλαιας*, *capite* scilicet, & *frondibus excelsas*; *Proceras, celsas, ambitiosas, superbas, eminentes, arduas*, ac *μάκρας* id est *longas*; *Grandes* insuper, *Grandiscapias, magnas, magni q; nominis* alii nominavere. Amœnioribus autem ingeniis epitheton Arborum Amœnum placuit.

Plaudit quaque suis Arbor Amœna comis.

Et huc spectant quæ de pulchritudine Arborum Græca circumferuntur Epitheta, Homerus quippe *τληθιώσθας* *longe*, seu *valdè virentes*: Paulus Dolsci Poeta Neotericus *ταύφυλλας*, quæ scilicet *extendant frondes*; Orpheus *εὐθάλας* *decorè virentes*; alique *εὐπέταλας* *pulchris foliis exornatas*; ac *εὐκομας* *elegantè comatas* cognominarunt; unde Oppianus,

Bernard.
Rota eleg. 5.
lib. 3.

Sealig. ex-
erc. 169.

Orph.
Hymn. Ho-
mer. Iliad.
η & ι.

Non. Dion.
Lucan. l. 2.

Anguillara
in Metam.
Κυνηγ. δ.

Εὐρυσμῶν, οὐτε λιθῶν, ἔτ' ἠὲ κόμων δότο δένδρ' ἦ.
Nec minus pulchra ex fructuum lepore obtinuerunt apposita. Δένδρον ἐργὸ εὐκαρτοῖ, & ἀγλαῶν καρπῶν in Florileg. cognominatum invenio, *pulchro* nimirum, & *splendido fructu decorum*; sic quippe novissimè cecinit Sebastianus Castilio. Ἄλλὰ καὶ ὡς δένδρων καρπῶς φύσας ἀγλαῶν καρπῶν; & eadem de causa simpliciter ἀγλαῶν *splendidum* dictum à Dolscio illo Monosticho Δένδρον ἰσοφύης ἀγλαῶν ἢ κεν ἀνῆρ. Addo ex Nonno Panopolita, ac Dionysio *βυφήνεας affluentes*, quantumvis *δουραπρέπεις* scilicet *Montanas*, frequentia causa vocandas Arbores. Ex eo autem ab Aldo in Adagiis Arbor fuit *Annosa* proclamata, quia multæ sunt arbores, quæ multa durando secula videntur, *fortes, & solida*, licet prius *tenera* fuerint, ut cecinit ille *Proditus è Tenera fuerit novus Arbore ramus*.

Et quoniam Arboribus competit amborum luminariam actiones evidentissimè pati, eas aliqui Scriptores à Sole *Apollineas, Phœbeas, Apricas, coloratasq;* nuncupavere.

Hic color Aprica pendentibus Arbore ramis.

Et hæc apposita plurima possent esse plurimos ad effectus solares respiciendo, ita ut *Beata* quoque dici possent Arbores, ut apud Theocritum latinæ versionis legimus. *Quem juxta Arboribus, quæ munera cunque Beatis nascuntur cumulata jacent*; Certum quidem est Arbores virtute Solis dici posse quam maximè *latas, αἰθέμοεντας*, nempe *floridas, seu florentes, fructuosas, feraces, felices, gratas oculis, fragrantas, latas, pervenustas, comosas, virentes, glaucas, pomiferas, revirescentes, fertiles*, ut cecinit Laur. Gambarà.

Morte sua fructus pendentis fertilis Arbor
In terram excussit.

Fœcundas item, *frugiferas, fructiferas, & εὐόδας*, ut habent Nonn. & Dionys. hoc est *suaveolentes*, seu *odoras* fieri, ut in ejusdem Ovidii carmine liquet.

Illius lachrymis, quas Arbor fundit odora
— Ungimur, &c.

Arbores similiter Lunæ, plusquam Soli subjectæ, in locis scilicet humentibus, atque concavis nascentes *flexiles, & fragiles* dici merentur, atque *excavabiles, perdifolia, infœcunda, infelices, tristes, in gloria, nuda*, quas Lucianus diris insectus est attributis illas vocando *horridas, violatas, semivistas, rigidas, insanas, cavas, curvatas, tremulas, deciduas, verrucosas, viles, misellas, insensatas*. Aliqui non defuere, qui ad utrumque luminare voluerunt Arbores referre, & propter luxuriantem illarum humorem *Patulas* dixere, ut Statius *Patula defendimus Arbore soles*, alii *obscuras, densas crispas, fœtas, umbrantes, umbriferas, opacas*; hinc Ovidius

Cingit & angustas Arbor opaca comas.

Et dum Lucanus *altas* appellavit Arbores ad utriusque Luminaris actionem respexit, humorem scilicet, atque calorem hoc carmine

Propter aqua rivum sub ramis Arboris alta.

Quem in sensum Geoponici quoque collimarunt Arboribus hæc cognomina tribuentes. *Umbrosi, gigantei, fruticosi, frondosi, ramosi, frondentis, vel frudentis* juxta Varronem, *portentosi* item, *sublimis, excelsi, &c.* Ad usus porrò Arborum nobiliores, seu vires celebriores spectando alia exurgunt epitheta, quibus Arbor in genere *cælebs & mitis* nuncupari potest,

Mitis adoptatis curvetur frugibus Arbor.

Ut & *Nobilis* apud Textorem,

Dant. l. 10.
Architren.
in Carm.
Lactantius.
Claudianus
l. 3. de rap.

Hom. Odyss.
η.
Epiqr. Gr.
l. 1. & 4.

Seneca de
Provid.
Sannaz.
eleg. l. 2.
Bapt. Mant.
Mars. Fic.

Ovid. l. 4.
metam.
T. p. navig.

Eidyll. 15.

lib. 1. de Art.

ap. macrob.

Sannaz. er-
dyh. 2.
Statius.

Ovid. l. 3.
fast. lib. 2.

Columella
l. 1. de ve-
rust.
Varro.

Columella
lib. 10.

Arbor